

EPISTOLA

cum, suo semper quæsito sine potiri. Vel enim  
 euerso morbo mortem auertere: vel hanc  
 saltem mora intercipere, pertinacius licet  
 urgente morbo: vel licet sequatur mors,  
 morbum tamen abigere: quandoquidem  
 sæpius eueniat, ut morbo licet abactò, ager  
 tamē fatali vitæ tempore coactus, decedat.  
 Scilicet id ipsum est, quod stolidi Methodici,  
 2. ad Gl. 2. teste Gal. mentiebantur, cum usu narcotico-  
 rum sublato dolore, quanquam mors seque-  
 retur, se tamen morbum abegisse gloriaren-  
 tur. Tandem generali indicationum scopo  
 similitudinem remedium, non contrarie-  
 tatem constituit, & similia similibus, non  
 contraria contrarijs amoliri conatus est. Sic  
 placuit Theophrasto, quæ meliora vel nescie-  
 bat, vel cognita negligebat, magna temeri-  
 tate ridiculè admodum insectari, medicum  
 campum pro libertate ingenij sui impunè  
 concursare, quodq; minimè ferendum erat,  
 diabolicis præstigijs artem tam diuinā tur-  
 pissimè fædare & conspurcare. Ut cum vel  
 eam duntaxat ob causam reprehensionis  
 notam iustissimè promereatur, non satis ad-  
 mirer, qua conscientia nonnulli magicas fæ-  
 turas eius tanta religione vel ipsi colant, vel  
 prælo commissas literario Christiano mun-  
 do le-